



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 155. Quid notandum sit circa resignationes cum reservatione fructuum
vel pensionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

de jure Eccl. l. 3. c. 15 n. 54 *Du Hammel*, in De-
cal. l. 1. c. 8. n. 5. Vide *Leur.* q. 727. Quod si quis re-
signet cum ea tantum intentione, spe aut etiam sup-
plicatione, ut conferatur Titio, nec est simonia nec
illicitum, secundum dicta n. 1014. Præterea si Epí-
scopus ex causa velit unire meum beneficium benefi-
cio Titii, permittere possum & consentire in favo-
rem Titii, qui non accipit vi resignationis meæ, sed
vi unionis, *Garc. Tond. Leur.* q. 730.

§. III. Si ego resignem meum beneficium in fa-
vorem tui nepotis, & tu resignes tuum in favorem
mei nepotis, quamvis videatur esse permutatio, at-
tamen non est, sed duplex resignatio in favorem
tertii, quæ vocatur *reciproca*, & non potest admitti
ab Ordinario, *Paris. Az. Leur.* q. 735. ; imò à *Suar.*
Leff. Castrop. n. 11. rectè dicitur simoniaca, si acce-
dat pactum. Consequenter si ex pacto saltem tacito
resignem meum beneficium Cajo, ut Cajus suum
resignet Titio, & Titius suum mihi resignet, voca-
tur renunciatio *triangularis* & est simoniaca, *Ca-*
strop. suprà, & t. 13. d. 6. p. 3. §. 1. n. 1. Notant ta-
men *Suar.* & *Leff.* facile evitari simoniam & pecca-
tum, si nempe cum licentia Ordinarii ego permu-
tem meum beneficium cum Cajo, & Titius suum
permuteat mecum jam habente beneficium Caji.

§. IV. Si quis probari possit resignasse benefici-
um suum in favorem tertii apud alium quam Pa-
pam, sciens id invalidum esse, in pœnam sui facti
potest eo beneficio privari, ita ut collatori fiat li-
berum, cui voluerit, illud conferre, *Suar. Paris.*
Castrop. Leff. l. 2. c. 35. n. 86.

Q. 155. Quid notandum sit circa resignationes
cum reservatione fructuum vel pensioni.. R. Dehis
videri potest *Leur.* p. 3. q. 417. & seqq., item dicen-
da à n. 1121. Adde tamen etiam seqq.

§. I.

§. I. Licitum est apud Papam resignare , vel purè , vel in favorem alicujus , sub conditione pensionis sibi dandæ ab eo , qui beneficium habebit , & non aliter , quia Papa permittit tales resignationes sibi exhiberi , ut vel admittat vel rejiciat , ut probat quotidiana praxis : potestque resignans cum resignatio-
nario ancecedenter tractare de tali modo resignatio-
nis , sub clausula , si sanctissimo placuerit , Felin.
Prapo. Gamb. Redoan. Paris. Leur. q. 435.

1056

§. II. Simoniacum est , coram Ordinario resi-
gnare sub reservatione pensionis vel fructuum , quia
est paetum in materia beneficiaria , Abb. Covarr.
Suar. Valent. Bonac. Castrop. Fill. Diana. Barb. Lem.
q. 381. n. 2. Quod Rota & Paris. dicunt tenere,
etiam si fieret cum clausula , sub beneplacito Aposto-
lico , quia putant hanc clausulam tantum admitti
in resignationibus apud Papam faciendis. Vide Leur.
q. 729. Si tamen quis apud Ordinarium dimittat
beneficium alicui dignitati vel loco unitum , potest
sibi fructus reservare , quia debebantur ipsi non ob-
stante unione , & conditio illa de jure inerat , Reluff.
Garc. Tond. Leur. q. 730. Vide Castrop. t. 17. d. 3
p. 17. n. 13.

1057

§. III. Si pensio reservata in resignatione con-
ditionali sit nulla , etiam nulla est resignatio , quia
resignans nolebat aliter abdicare jus , Tond. Simili-
ter si resignatio sit nulla , etiam pensio causa resigna-
tionis imposita est nulla , Paris. Corr. Leur q. 507.

1058

§. IV. Si inferior collator alicui contulerit bene-
ficium purè resignatum sub reservatione pensionis ,
quam ipse imponere non poterat , valet collatio , sed
non impositio pensionis , quia utile per inutile non
vitiatur in iis , quæ separationem recipiunt , Tond.
Similiter si Papa contulerit Tilio beneficium , &
super hoc reservarit Cajo pensionem , quamvis col-
lacio

latio facta Titio sit nulla , v. g. quia erat inhabilis , tamen valet impositio pensionis , quam præstare debet Cajo , quisquis habebit beneficium , quia erant duæ gratiæ separabiles , *Gonz. Leur.* q. 508. contra *Garc.*

Q. 156. Quid dicendum de resignatione , sub 1059 conditione , ut refundantur expensæ litis vel bullarum aut quæcumque alia. R.

§. I. Simoniacum est , si resignes sub conditio-
ne seu pacto , ut tibi refundantur expensæ factæ
pro beneficio obtinendo , v. g. in lite , solvendis sta-
tutis &c. *Paris. Suar. Az. Less. Castrop Pirh. Leur.*
p. 3. q. 738. *Si dicas* , te eas repeterem , non pro bene-
ficio , sed pro indemnitate tua , aut saltem pro com-
modo , quod resignarius habet ex tuis expensis:
contra est , nam tam parum potes pacisci pro in-
demnitate , quam pro sustentatione tua habenda ,
maxime cum expensas feceris propter te , ut benefi-
cium tibi utile assereres; commodum autem quod
resignarius habet , fundatur & immediatè sequitur
ex beneficio à se resignato , & non ex tuis expensis ,
sicuti si mihi donares agrum , commodum , quod
inde habeo , est ex agro & non ex pretio , quo tibi
comparasti agrum.

§. II. Resignatio in favorem , cum pacto , ut re-
signarius solvat omnes expensas pro bullis , est si-
moniaca , sed singuli tenentur solvere pro bullis
suis , & quamvis in resignatione pura resignarius
soleat totas expensas solvere , tamen non debet du-
ci in pactum. Putant quidem *Paris. Az. Castrop. T.*
17. d. 3. p. 16. n. 5. in resignatione sub pensione posse
resignarium se obligare ad solvendas totas , eâ con-
ditione , ut in primo termino easdem sibi compen-
set , sed *Garc.* merito dicit esse simoniaicum , si de
hoc antecedenter pacti sint. Vide *Leur.* q. 739.

L1

Quod